

B I B L I O T H E C A
S C R I P T O R V M G R A E C O R V M E T R O M A N O R V M
T E V B N E R I A N A

P. OVIDI NASONIS

TRISTIA

EDIDIT

JOHN BARRIE HALL



STVTGARDIAE ET LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXCV

Gedruckt mit Unterstützung der Förderungs-
und Beihilfefonds Wissenschaft der VG WORT GmbH,
Goethestraße 49, 80336 München

Die Deutsche Bibliothek — CIP-Einheitsaufnahme

Ovidius Naso, Publius:

[Tristia]

P. Ovidi Nasonis Tristia / ed. John Barrie Hall. —

Stuttgartiae ; Lipsiae : Teubner, 1995

(Bibliotheca scriptorum Graecorum et Romanorum Teubneriana)

ISBN 3-8154-1567-5

NE: Hall, John Barrie [Hrsg.]

Das Werk einschließlich aller seiner Teile ist urheberrechtlich geschützt. Jede Verwertung außerhalb der engen Grenzen des Urheberrechtsgesetzes ist ohne Zustimmung des Verlages unzulässig und strafbar. Das gilt besonders für Vervielfältigungen, Übersetzungen, Mikroverfilmungen und die Einspeicherung und Verarbeitung in elektronischen Systemen.

© B. C. Teubner Stuttgart und Leipzig 1995

Printed in Germany

Satz: DW & ID Repro- und Satzzentrum GmbH

Druck: Druckhaus Köthen GmbH

Buchbinderei: Verlagsbuchbinderei D. Mikolai, Berlin

*Carolo O. Brink
In Memoriam*

PRAEFATIO

CODICVM CATALOGVS

Omnes quotquot noui Tristium codices hoc catalogo continentur; sunt autem centum quattuor. codicibus primariis quos dico, id est codicibus quorum uno quoque critici apparatus loco rationem habeo, sigla quae Luck adsignauit adsigno, nisi quod eius L_o nunc L4 nominatur. ceteris codicibus quos in apparatu hic illic sed non ubique laudo nouam et, ut spero, minus molestam siglorum rationem excogitavi. florum codicibus, qui Florilegium Gallicum quod dicunt plerumque repraesentant, sigla non adsignauit sed eos suo quemque nomine adduco.

- | | |
|-----------|---|
| A | Angeli Politiani Marcianus deperditus uel amissus, saec. xii(?); de eius collatione u. infra IX |
| a | Antuerpiensis Plant. lat. D. 68, saec. xiii |
| B | Berolinensis Diez. B. Santen. 1, saec. xiii |
| B2 | Berolinensis lat. oct. 67, saec. xiii |
| B3 | Berolinensis Diez. B. Santen. 20, saec. xiv |
| B4 | Berolinensis Diez. B. Santen. 4, a. 1443/4 |
| B5 | Berolinensis Hamilton. 613, saec. xv |
| b1 | Bernensis 405, saec. xiii |
| b2 | Bernensis 478, saec. xiii |
| C | Parisinus Genouef. 2408 (Y. 1.3), saec. xiii |
| c | Monacensis clm 8124, saec. xiii |
| D | Gothanus membr. II. 122, saec. xiii |
| d | Diuionensis 497, saec. xiv |
| E | Parisinus lat. 8239, saec. xiii |
| e | Edinburgensis NLS Adu. Ms 18.2.9, saec. xiii |
| F | Hauniensis Gl. Kgl. S. 2014, saec. xii |

- F2** Hauniensis Gl. Kgl. S. 2013, saec. xiii
f fragmentum Friburg. Brig., saec. xii
G Guelferbytanus Gud. lat. 192, saec. xiii
G² eiusdem codicis manus altera, saec. xiii
G³ eiusdem codicis manus tertia paulo recentior
G3 Guelferbytanus extr. 76.3, saec. xv
g fragmentum Genauense Bodmer. 126, saec. xii
H Londiniensis Bibl. Brit. Add. 49368 (olim Holkhamicus 322), saec. xiii
H2 Londiniensis Bibl. Brit. Add. 18384, saec. xiii
H3 Londiniensis Bibl. Brit. Add. 21169, saec. xiii
H4 Londiniensis Bibl. Brit. Harl. 2699, saec. xiii
H5 Londiniensis Bibl. Brit. Burn. 277, saec. xiii
h Haruardiensis lat. fol. 42, saec. xv
J Etonensis 91, saec. xiii
j fragmentum Aenipontanum, saec. xiv
K Leidensis B. P. L. 177, saec. xiii
K2 Leidensis B. P. L. 191 D, saec. xiii/xiv
K3 Leidensis B. P. L. 180 G, saec. xiv
K4 Leidensis B. P. L. 51, saec. xv
k1 fragmentum Cremifan. primum, CC 123, saec. xiii
k2 fragmentum Cremifan. alterum, CC 331, saec. xiii
L1 Angeli Politiani Mediceus deperditus uel amissus, saec. xiii (?)
L2 Laurentianus 36.33, saec. xiii
L3 Laurentianus 36.2, saec. xv
L4 Laurentianus 91 sup. 25 (olim Gaddianus 578), saec. xv
L5 Florentinus Riccardianus 489, saec. xiii
L6 Laurentianus Strozz. 124, saec. xiv
L7 Laurentianus 38.39, saec. xv
M Laurentianus Marcianus 223, saec. xi
m eiusdem codicis manus recentior, saec. xv
N Atrebatius 1144 (217), saec. xiii
n Neapolitanus 266 (4. F. 18), saec. xv
O1 Oxoniensis Bodl. Canon. class. lat. 1, saec. xiii
O2 Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 107, saec. xiii
O3 Oxoniensis Bodl. Auct. F. 4.23, saec. xiii
O4 Oxoniensis Bodl. Auct. F. 1.17, saec. xiv

- O5** Oxoniensis Bodl. Auct. F. 1.18, saec. xv
O6 Oxoniensis Bodl. Douce 146, a. 1466–8
O7 Oxoniensis Bodl. Canon. class. lat. 16, saec. xv
O8 Oxoniensis Aedis Christi 508, saec. xv
P Vaticanus Pal. lat. 910, a. 1467
P2 Parisinus lat. 7993, saec. xiii
P3 Parisinus lat. 8254, saec. xiii
P4 Parisinus lat. 8255, saec. xiii
P5 Parisinus lat. 15143, saec. xiii
P6 Parisinus Bibl. Uniu. 1170, saec. xiii
p1 Panormitanus Bibl. Nat. VIII B 22, saec. xv
p2 Placentinus 14 (Land. 116), saec. xv
p3 Vicentinus Bertol. 153 (2, 8, 7), saec. xv
p4 Pistoriensis 153 (323), a. 1467
p5 Poppiensis 96, saec. xv
Q Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 101, saec. xv
q Cracouiensis Jag. 528, saec. xv
R Francofurtanus Barth. 110, saec. xiv
S1 Matritensis 1569, saec. xiii
S2 Matritensis 10091, saec. xv
S3 Matritensis Res. 206, saec. xv
T Turonensis 879, saec. xii/xiii
T2 Turonensis 880, saec. xiii
T3 Turonensis 881, saec. xiii
t Mediolanensis Triuult. lat. N735, saec. xiii
t1 Mediolanensis Ambros. I. 87 sup., saec. xv
t2 Mediolanensis Ambros. I. 8 inf., saec. xv
Tr fragmentum Treuirensis, saec. x
U1 Bononiensis Bibl. Uniu. 2527, saec. xv
U2 Bononiensis Bibl. Uniu. 1301, saec. xv
U3 Bononiensis Bibl. Uniu. 1346, saec. xv
U4 Bononiensis Bibl. Ciu. A. 161, saec. xv
u1 Mutinensis Estensis lat. 157 (a O 6 26), saec. xv
u2 Mutinensis Estensis lat. 225 (a P 6 30), saec. xv
u3 Mutinensis Estensis lat. 934 (a Q 6 6), saec. xv
V Vaticanus lat. 1606, saec. xiii
V2 Vaticanus Ottobonianus lat. 1469, saec. xi/xii
V3 Vaticanus Chisianus lat. H VI 205, saec. xiv
V4 Vaticanus Vrbinas lat. 347, saec. xv

V5	Vaticanus lat. 1595, saec. xv
V6	Vaticanus lat. 2787, saec. xv
V7	Vaticanus Palatinus lat. 1668, saec. xv
V8	Romanus Corsinianus 43 F 6, saec. xv
V9	Vaticanus lat. 2788, saec. xiii
V10	Vaticanus Barberinianus lat. 59, saec. xiii
V11	Vaticanus Reginensis lat. 1382, saec. xiii
v1	Venetus Marcianus XII. 55 (4096), saec. xv
v2	Venetus Marcianus XII. 56 (4274), saec. xv
v3	Venetus Marcianus XII. 132 (3982), saec. xv
v4	Venetus Marcianus Z. 444 (1943), saec. xv
v5	Venetus Marcianus Z. 446 (1966), saec. xv
W1	Vindobonensis Bibl. Nat. 8124, saec. xiii
W2	Vindobonensis Bibl. Nat. 102, saec. xv
w	Wilhelmodunensis (Williams Coll., Mass.) Chapin 21, saec. xv
Z	Dresdensis Dc 147, saec. xv

DE CODICIBVS PRIMARIIS

‘Horum librorum exemplaria etsi praesto fuere non pauca, nullum tamen inter illa, quod multum senii aut vetustatis prae se ferret, praeter Vaticanum unum & Hamburgense. cum Vaticano Politiani schedae ut plurimum conspirant. quanquam ne illi quidem codices ad aetatem sexcentorum annorum adsurgant. reliqui recentioris sunt notae, qui suo loco designabuntur. eos inter Combii codex Venetus & unus Palatinus palmam facile ferunt.’ sic Nicolaus Heinsius de Tristium codicibus in editione Elzeuiriana Amstelodami a. 1661 emissa. sane multos alios Tristium codices ille uir clarissimus contulerat (u. infra XVIII s.), sed hi quinque (Politiani enim schedae codicis Marciani deperditi uel amissi collationem repraesentant) se eius iudicio ut ceteris praefereandos commendauerunt. neque eius iudicio posterius repugnarunt aut repugnant, nisi quod Combii codex (nunc Oxon.

Bodl. Douce 146 = O6) inspicienti mihi nequaquam optima^V notae sed potius subtilium fons coniecturarum uisus est.

agendum est igitur cum quattuor non quinque Heinsianis.

Vaticanus lat. 1606, membr., saec. xiii, continet Tristia ff. 1–45. V hic est Heinsii ‘primus et optimus’ Vaticanus. plenior^V descriptionem ab A. Monacio factam ap. Owenium (ed. mai. xxvii–xxviii) inuenies.

Hauniensis Gl. Kgl. S. 2014, membr., saec. xii, continet Tristia F ff. 111–143v. De eius migratione ex Germania in Daniam uide Owenium (ed. mai. xviii–xviii).

Politiani schedae (nunc Oxon. Bodl. Auct. P. II. 2) quas Hein- A sius Florentiae inspexerat postea ex oculis euanuerunt, post duo saecula Oxoniae in lucem rediturae dum bibliothecae Bodleianae thesauros rimatur S. G. Owen. non tamen ante euanuerunt quam nonnulla apographa facta sunt, quae uiris doctis exemplaris loco stare debebant. codicis Marciani nunc deperditi uel amissi collationem ad textum editionis Parmensis a. 1477 factam schedae praebent. historiam pluribus narrat Owen, ed. mai. xii–xvi, ubi inter Marciani collationem (A) et Medicei (L1) curiose distinguit. in hoc praesertim Owen mihi uidetur errasse quod ubi nihil scriba adnotauisset quid Marcianus legeret ex silentio inferre existimabat licere: ego nihil ex silentio inferendum puto.

Vaticanus Palatinus lat. 910, chart., a. 1467, continet Tristia P ff. 149v–205v. primus contulit Ian. Gebhardus a. 1613; ad usum Owenii inspexit R. Ellis et permulta falso reportauit.

inter alios Heinsio notos sed non primo loco ab eo positos memorandi sunt sequentes libri:

Parisinus Genouef. 2408 (Y. 1.3), membr., saec. xiii, qui conti- C net Tristia ff. 86–125. manus prima desinit 5.11.12 et manus recentior (saec. xv) 5.11.1 (sic) ad finem libri supplet. hic est Heinsii Richelianus.

- E** Parisinus lat. 8239, membr., saec. xiii, qui continet *Tristia* ff. 57–115v. notandum est in hoc codice carmina non spatiis sed tantum capitulis esse diuisa. Heinsii codex Gallicus.
- K** Leidensis B. P. L. 177, membr., saec. xiii, qui continet *Tristia* ff. 52–104v. desinit 5.13.19.
- Q** Oxoniensis Bodl. Rawl. G. 101, membr. et chart., saec. xv, qui continet *Tristia* ff. 1–50. Heinsii codex Seruianus.

procedamus nunc ad codices Heinsio ignotos.

- B** Berolinensis Diez. B. Santen. 1, membr., saec. xiii. continet *Tristia* ff. 199–210. primus adhibuit Merkelius (1837). forma et contentia describuntur ab Owenio, ed. mai. xvi–xvii.
- D** Gothanus membr. II. 122, saec. xiii, continet *Tristia* ff. 1–32. omittit 3.2.6–3.12.50. primus adhibuit Iustus Zinzerlingius a. 1610; Merkelio ignotus a C. Zangemeistero recuperatus est. uide Owenium, ed. mai. xviii.
- G** Guelferbytanus Gud. lat. 192, membr., saec. xiii, continet *Tristia* ff. 1–50. accedit altera manus (G^2) quae suas lectiones fortasse ex alio protulit codice. manus tertia (G^3) non inutilia interdum suppeditat. primus Schweigerus in usum Merkelii contulit. uide Owenium, ed. mai. xviii–xx.
- H** Londiniensis Bibl. Brit. Add. 49368 (olim Holkhamicus 322), membr., saec. xiii, continet *Tristia* ff. 111–143v. primus adhibuit Owen.
- LA** Laurentianus 91 sup. 25 (olim Gaddianus 578), chart., saec. xv, continet *Tristia* ff. 56v–120. cum Politiani Marciiani (A) apographon sit (uide Luckium, ed. 21), ad rem mihi uisum est ubique adhibere ut clarior Marciiani imago emergeret.
- T** Turonensis 879, membr., saec. xii/xiii, continet *Tristia* binis columnis ff. 61–76. codex pulcherrime scriptus, et ab Owenio (ed. mai. xxvi–xxvii) iure laudatus, ob textum quoque laudem meretur.

quod de codicum uetustorum inopia questus est Heinsius, illud nonnulla ex parte iam mitigatum est. adsunt enim duo codices, mutili quidem sed per latam textus aream sua uterque ratione praesentes, qui ceteros aetate

transcendunt (**M**, aliter **L**, et **V2**), et duo folia nunc uix legibilia ex codice carolingicis litteris scripto (**Tr**, aliter **Θ**).

Laurentianus Marcianus 223, membr., saec. xi, continet nonnullas Tristium partes ff. 56–70v, sed non omnes una eademque manu: est enim manus antiquior (**M**)¹ quae pretiosissima est eademque saepe ineptissima (uide Housmannum, ed. Manil. I xxxvii); est et altera manus (**m**) multo recentior ex alio exemplari ac **M** deriuata nec multum utilis quae ubi **M** deest (sed non semper) inplet lacunas. sic se res habet:

ff. 56–57v	m	1.1.1–1.5.10
58–63v	M	1.5.11–3.7.1
		3.7.2–4.1.11 desunt
64–65v	M	4.1.12–4.7.5
66–70v	m	4.7.6 ad finem

aliqua ex parte Merkelio (1850), amplius Riesio (1874) notus, a Tankio (1879) penitus inuestigatus est hic liber. plura ap. Owenium, ed. mai. xxi–xxv.

fragmentum Treuirensis sine numero, saec. x, continet uno folio tantum 1.11.1–31 et 1.11.33–2.21 et altero 4.4a.35–4.4b.11 (= 4.4.35–65) et 4.4b.13–4.5.9 (= 4.4.67–4.5.9). imagines luce depictas scrutanti mihi uix usquam lux uisa est sed fere ubique caligo. unde in apparatu critico nihil ex silentio de lectionibus harum laciniarum est inferendum.

agmen claudit Vaticanus Ottobonianus lat. 1469, membr., saec. xi–xii, qui continet Tristia binis columnis ff. 23–45. duae sunt manus, una uetustior quae desinit 4.8.17, altera recentior quae textum perducit ad finem. primus hunc codicem protulit C. Questa (1959), adhibuit sed non plene Luck (1967), non enim quantum in re critica ualeret intellegebat, uelut in transitu usurpauit André (1968), denique breuiter sed exacte aestimauit Tarrant (1983). ego primus semper et ubique respexi.

¹ reuera duae sunt manus, sed coeuae et manifesto collaborantes; unde inter eas non discrimino.

DE TRADITIONE MANUSCRIPTA

De hac re subtiliter disputauerunt Tank (1879) Owen (1889) Luck (1967), summam Tarrant (1983). ei maxima ex parte consentiunt, eorumque consensui ipse consentio. quomodo se mihi res habere uideatur, paucis propositionibus demonstrabo, et quibus locis necessarium est exempla subiungam. praemonendum est exempla me uelut ex superficie collegisse et bene scire non idem omnibus inesse pondus probandi. ueras a falsis lectionibus in hac disceptatione non diiudico: in talibus enim traditionibus qualis est Tristium nulla est lectio seu uera seu falsa quae contaminando migrare non possit.

1. iam antiquis temporibus penitus interpolatus est textus, ut monstrat 1.11.12 ubi auctoris uerba *omnis ab hac cura cura leuata mea est* (= CIL 6.2.9632) sunt corrupta in *omnis ab hac cura mens releuata mea est*.

2. archetypum codicem quondam extitisse declarat ingens communium corruptelarum numerus.

ex. gr. cito 1.1.40, 1.3.100, 1.8.35, 1.9a.32, 2.94, 2.111, 2.125, 2.145 (cf. Mac), 2.236, 2.402, 2.426, 2.438, 2.449, 2.481, 2.507, 2.553, 3.1.67, 3.4a.15, 3.5.53, 3.6.8, 3.7.41, 3.8.36, 3.11.61, 3.11.64, 3.11.71, 3.12.52, 3.13.9, 3.14.19, 4.1.50, 4.2.40, 4.2.69, 4.7.1, 4.8.5, 4.8.6, 4.8.14, 4.8.27, 4.8.30, 4.9.3, 5.1.16, 5.1.23, 5.2b.30, 5.4.29, 5.5.32, 5.7a.17, 5.8.11, 5.8.30, 5.9.35, 5.12.7, 5.12.33, 5.13.6, 5.14.12, 5.14.21, 5.14.23, 5.14.34.

3. illud quod quondam extitit archetypus codex non impedit quominus quouis post archetypum scriptum tempore lectiones uelut ex latere in traditionem se insinuare potuerint. nullus dubito quin uerae lectiones quae in solo M uel Tr uel V2 leguntur (ex. gr. 1.2.33, 1.5a.11, 1.5b.9, 1.9a.5, 1.9b.4, 1.10.49, 2.138, 2.296, 2.495, 3.5.3, 3.6.16, 4.4b.2, 4.4b.31, 5.4.14) recto tramite traditae sint, sed eae

quas singuli codices minus uetusti offerunt id quod supersunt conferendo non coniectando licet debeant. exempla singularium lectionum haec habeto:

1.2.70 **B**, 1.2.90 **O1**, 1.2.91 **F2**, 1.3.99 **V6**, 1.5a.8 **K**, 1.10.24 **O2**, 1.11.31 **T**, 1.11.42 **B2ac**, 2.17 **U1**, 2.60 **P4**, 2.66 **H2**, 2.139 **Fpc**, 2.167 **J**, 2.299 **V**, **B**, 2.353 Vincent. Bellouac., 2.457 **V6pc**, 3.5.31 **K**, 3.7.27 **T**, 3.7.29 **C**, 3.7.41 **L2**, 3.8.2 **P5?ul**, 3.8.19 **J**, 3.9.18 **K**, 4.1.48 **V**, 4.2.18 **P4ul**, 4.2.23 **P5ul**, 4.2.56 **J**, 4.2.61 **B2**, 4.2.62 **B2ac**, 4.3.74 **J**, 4.3.76 **T**, 4.4a.47 **aul**, 4.6.26 **J**, 4.9.17 **E**, 4.10.92 **K**, 5.1.44 **K4**, 5.2a.21 **T**, 5.2b.26 **T**, 5.3.20 **P6**, 5.3.42 **K4**, 5.3.55 **Dul**, 5.6.3 **O3**, 5.7a.24 **P3**, 5.9.25 **B**, 5.10.12 **L4**, 5.12.28 **e**.

4. mediaeualem traditionem bifariam esse diuisam ex eo concluditur quod 5.1.18 **AGHPV** (quibus **L4** subiungo) recte legunt *aptior, ingenium come, Tibullus erit*, ceteri codices una uoce *et plures quorum nomina magna uigent*, quae textus conformatio manifeste interpolata est. quandam familiam formant **AGHL4PV**, eamque adeo artam ut proprium sibi siglum apud Owenium (**Γ**) et Luckium (**N**) uindicet. familiaris necessitudinis haec ciitentur exempla:

1.2.21, 1.2.29, 1.2.41, 1.2.55, 1.2.63, 1.4.25, 1.5b.9, 1.8.42, 1.10.36 (cum **M**), 1.10.46 (cum **M**), 2.147 (cum **M**), 3.2.24 (cum **M**), 3.11.11, 4.2.67 (cum **Mac**), 4.10.107, 5.9.15.

5. et tamen, ut familiam formant, sic, quemadmodum in humanis familiis saepe fit, hi sex non ita raro inter se discordant, et nunc hi nunc illi a reliquis recedunt. exempla sunt:

1.1.124, 1.2.78, 1.2.92, 1.3.97, 1.4.5, 1.4.6, 3.3.81, 3.4b.4, 3.7.11, 3.7.51, 3.10.16, 3.10.19, 3.11.54, 3.13.1, 4.1.26, 4.1.42, 4.2.6, 4.2.34, 4.2.68, 4.3.22, 4.3.29, 4.4a.16, 4.4a.25, 4.4a.41, 4.4b.4, 4.7.1, 4.8.19, 4.10.44, 5.1.24, 5.2a.40, 5.6.4, 5.7b.12.

saepius fortasse quam ceteri per se soli stant **AL4**: aliis uerbis Politiani Marcianus cum ceteris saepius rixatur. item **G** familiam deserit 4.1.77, 4.10.26, 4.10.119, 5.1.7.

6. codicum superstitem uetustissimi **TrMV2** artius in-

ter se coniuncti sunt et ad familiam **AGHL4PV** propius accedunt. confer sis:

1.10.36, 1.10.46, 1.11.15, 2.8, 2.11, 2.89, 2.117, 2.147, 2.211, 2.377, 2.567, 3.2.24, 3.5.40, 4.2.67, 4.3.77, 4.4a.41, 4.4a.51, 4.4a.53, 4.4b.8, 4.4b.22, 4.4b.25, 4.4b.31, 4.5.2, 4.5.8.

7. ut codices **TrMV2** et **AGHL4PV** textui constituendo plurimum prosunt, nequaquam semper rem acutangunt, nec plus uenerationis merentur quam quod lectionum uirtute sibi adrogare possunt. alii enim codices, neque id raro, ueram lectionem praebent ubi errant uetustissimi. ex. gr. laudo

1.10.6, 1.10.8, 1.11.2, 1.11.14, 2.21, 2.87, 2.91, 2.155, 2.168, 2.251, 2.373, 3.5.15, 3.5.16, 3.6.27, 3.8.13, 3.11.54, 3.13.13, 4.1.81, 4.7.24, 4.9.7, 4.9.23, 5.6.45, 5.8.17, 5.10.32, 5.12.18, 5.14.1.

8. fortiter mehercle sed nequiquam Luck (ed. 18) stemma delineare conatus est. ut enim adfines **TrM** et **AGHPV** idoneo loco constituere poterat, ita ceteros temere nec certa ratione ut mihi uidetur locauit. quod autem multo maioris est momenti, fracta linea quae a sinistro stemmatis latere ad dexterum transit, cum fere omnes codicum coniunctiones permittat, ea ipsa re depictionis utilitati plurimum detrahit: nempe uix ullus est codex cui ad ullum alium negetur accessus.

9. si **TrMV2** et **AGHL4PV** excipias, ceteri codices alias et alias ineunt et deserunt necessitates, neque uno loco manent sed sunt semper instabiles. descensus lineas requirenti, quo magis per saecula descenditur, eo magis increscunt tenebrae, neque ut aiunt propter arbores silua dispicitur.

10. quae cum ita sint, consequitur ut semper et ubique ueritatem nil nisi ratio et res ipsa proclamet.

DE NONNULLIS EDITIONIBUS PRIORIBUS

Ab Ioue principium ut aiunt, non enim quisquam qui ad Ouidi textum recensendum adspirat decentius quam a Nicolao Heinsio (1620–1681), qui sospitator poetarum Latinorum summo iure nuncupatur, exordium potest sumere. quantum enim ille uir clarissimus tenebricosis nostri poetae locis elucidandis contulerit proclamare uix necessarium est. certe uixere fortes ante Agamemnona, et suas quisque pro suo Marte laudes merentur Bartholomaeus Merula (Enarrationes in Ouidium de Tristibus, Venetiis 1499), Andreas Naugerius (in Aldina altera a. 1515–1516), Iacobus Micyllus (Basiliae 1543–1549), Gregorius Bersmannus (Lipsiae 1582) et ipsius Nicolai pater Danielis (Leidae 1629), sed omnes antecessores toto caelo superauit Nicolaus, qui multo plures et eas feliciores in Ouidium coniecturas quam quisquam alius in tria suae editionis uolumina uelut ex inexhausto fonte profudit. detinet nos tertium uolumen, Amstelodami a. 1661 iuris publici factum, quo continentur Tristium libri primis editi curis. secundas curas qui quaerit, adeat editionem a Petro Burmanno Amstelodami a. 1727 emissam, adeat Heinsii Adversariorum libros Harlingae a. 1742 publicatos, adeat recensionem Rudolphi Merkelii (Berolini a. 1837 editam) qui Heinsianas schedas in regia bibliotheca seruatas diligentissime euoluit; ipse enim Heinsius Ouidium secundo curandi nec tempus habuit nec occasionem. apud Burmannum et Merkelium praesto est delectus inordinatus lectionum quas e codicibus manuscriptis collegerat Heinsius et coniecturarum quas editio

prima non continet. Heinsianae schedae hodieque partim Berolini partim Oxoniae conseruantur; de quibus copiose disputauerunt F. W. Lenz, H. Boese, F. Munari, sed copiosissime M. D. Reeve (uide infra XVIII).

quod ad editiones nono decimo saeculo proditas attinet, cum non multum singulae ad textum emendandum contribuant, tamen uniuersae non neglegendum proferunt fructum; nec messem suam negant disceptationes praesertim in Germania publicatae. Heinsio plerumque codicum notitias editores acceptas referre debebant, neque ante Owenium (ed. mai., Oxonii 1889) quisquam se penitus in manuscriptam traditionem inmergere impulsus est. qui impulsus utinam textui felix faustus fortunatus fuisset. pessima tamen omnibus horum carminum studiosis fortuna Owen in conferendis codicibus incuriosissimus fuit, et ualde mirus mirabilium errorum numerus (uelut in subscriptionibus *liber uite* pro *liber iste*, et ad 5.1.2 *morbis* pro *quattuor*) in critico apparatu deprenditur. uerum fatebor: quotiens errare licuit, errauit. quod autem magis dolendum est, eius errores recentioribus uiris doctis inposuerunt atque adeo in editionem alioquin laude dignissimam quam curauit Georgius Luck penetrarunt. ex altera tamen parte Luck suo auxiliorumque Marte textus constitutionem adeo promouit ut post Heinsianam eius editioni danda sit palma.

DE HAC EDITIONE

Cum tam male apparatus critico a prioribus editoribus prospectum fuerit, illud mihi ante omnia proposui ut apparatus conficerem quam maxime fide dignum. itaque omnes quos primarios nomino codices ab integro contuli, idque bis terue, itemque et alios magno numero perlegi

lectionesque eorum in schedas contuli. ad apparatusum construendum inter tredecim et quindecim (perraro, ubi adest *Tr*, sedecim) codices semper adhibui, eorumque lectiones plenissime rettuli. ceterorum codicum nec non editionum principum lectiones ut par uidebatur subinde supplendi, ut eorum qui manuscriptas traditiones inuestigant usibus prouiderem. in uniuersum eadem qua in Teubneriano Claudiano ratione rem gessi, eisdemque abbreviationibus et notis usus apparatus Claudiano simillimum reddidi. liceat huc transferre quae illic uerba dixi: ‘apparatus ... modo positius est (ut nihil sit mente supplendum), modo negatius (ut ex silentio de testibus non diserte citatis inferendum sit), saepissime semipositius ... uelut in talibus qualia sunt’ – et hic ex Ouidio exempla sumo – 1.1.69 expectes *AD*, *cett. mei*: expectas *Dsscr*; 96 et *cett. mei*: ut *P*, *Francius*; 127 uia *G*, *cett. mei*: mora *G*². orthographica, quae non leue codicum indolis indicium praebent, in appendicem relegi.

uetustissimum ut in traditione non uetusta codicem Marcianum superstitione uenerati Owen Ewald Levy textum in peius dederunt. sit uetustissimus ille codex, tamen saepe ueritatem procul linquit, ubi rem recentiores acutangunt. liceat iterum quae in Claudiano dixi repetere: ‘in textu ... constituendo omnium quos noueram cuiuscumque saeculi codicum rationem habui, nullique deuotus sed neque ab ullo auersus, usquequaque suspicax quodcumque oblatum est testimonium aequa lance examinaui, eoque animo rem exequi studui ut ueram lectionem non minus a recentissimis quam a uetustissimis codicibus oblatam recipere essem paratus. sic enim se res habet. neque antiquitas auctoritatem parit, nec recentioribus eo quod recentiores sunt suae laudes denegandae sunt’.

denique, ut iam perorem, amplissimum in apparatu critico coniecturis locum feci. mendosissimus enim est Tristium textus, nec nisi diuinando se res promouebunt. usus autem docet etiam ex prauis coniecturis bonam aliquando posse prouenire solutionem. multorum igitur conatibus refertus est apparatus, nec pauca in ipsum promota sunt textum; quae utinam aliqua saltem ex parte lectori poetam propius adducant.

CODICES HEINSIANI

De Heinsianorum codicum inuestigatione utiliter disputauerunt F. W. Lenz, H. Boese et F. Munari, sed optime M. D. Reeve, cuius duae in Mus. Rhen. disputationes omni laude sunt dignae. equidem Heinsianas notitias cum meis collationibus comparavi ut rem semel conprobarem. en elenchus meorum siglorum et nominum Heinsianorum.

A	Politiani schedae <i>sive</i> Politiani Marcianus
a	Moretanus
B3	Relandinus
b1	Bernensis
C	Richelianus
d	Jureti
E	Gallicus <i>olim</i> Thuanus
e	Arondelianus <i>uel</i> Pirckheimerianus
F	Hamburgensis Cathedralis ecclesiae
F2	Gottorpianus
G	Rottendorphianus
H4	Seguerianus
J	Junianus
K	Leidensis
K3	fragmentum Boxhornianum
K4	Zulichemianus
L1	alter Politiani <i>sive</i> Politiani Mediceus

L2	unus Mediceus 400 annorum
L3	Mediceus recens
L6	Strozzae
O2	Medonianus
O3	Mentelianus
O5	unus Heinsii
O6	Combii codex Venetus
P	unus Palatinus
P2	Puteaneus
P3	Regius
P4	Colbertinus
p3	Patauinus
Q	Seruii
R	Francofurtanus
U2 et U3	Bononienses
V	primus et optimus Vaticanus
V7	alter Palatinus
V10	Barberinus
V11	fragmentum Reuii

Vossianus quis fuerit nescio (certe non in his carminibus Oxoniensis Bodl. Auct. F. 2.1); Hafniensis a. 1728 combustus est; Louaniensis Buslidianus (= Louan. Bibl. Uniu. 18) a. 1914 flammis consumptus est (unum tamen folium ab E. Reusensio, *Éléments de paléographie*, Louanii 1899, tab. xxxii no. 2 luce depictum est).

CONCORDANTIA SIGLORUM

Hall	Luck	Owen
A	A	A
a	M _o	
B	B	B
B2	B _n	ψ
B3	B ₁	o

Hall	Luck	Owen
b1	B _r	
b2	B _e	
C	C	C
D	D	D
d	D _i	
E	E	E
F	F	F
F2	G _o	
f	F _b	
G	G	G
G3	G _u	γ
g	B _o	
H	H	H
H2	L _n	η
H3	L _d	ζ
H4	L _o	ϑ
h	H _b	
J	E _t	ε
j	A _e	
K	K	K
K2	L _e	ς
K4	Z	
k1	C _r	
k2	C _m	
L1		δ
L2	L _r	β
L3	L _t	
L4	L _u	
L5	R _i	
M	M	L
m	M _a	λ
N	A _t	α
O1	O	O
O2	O _d	ν
O3	O _f	κ
O4	O _o	μ
O5	O _r	ξ
P	P	P